ingeniis et doctrine ornamentis illustres
complectens tua singulari humanitate quod
plana et illustria sunt et [illegible]
genera in lucem deduxerit. Ad tercium
genus tuarum laudum gestarum specialem
laudem continentem accedam. Egisti
religiosissime princeps et prudentissime
cesar summa sapiencia et vite integritate
in Constanciensi concilio quod tue constancie
et munimentum fuit exstitit ut ecclesiam
tam pridem ecclesiam triphario divisam
ac pestifero scismatis morbo diutissime
et gravissime laborantem ad unum caput
unumque ovile redigeret. Et cum pro
consumacione huius tante operis esset
ad extremas Hispanie partes accedendum
non viarum longitudo non itineris diffi-
cultas non ~~[illegible]~~ [^infinite] sumptus ab hinc ge-
proferendo te revocare potuerunt. Cum
autem pars plurima ecclesie dei serenissimum
Aragonie regem illustrissimum regem
sequeretur religiosum atque catholicum
generaret prudencia et auctoritate tua
effectum est ut is erga salutem ecclesie
ardens ardencius [^efferta] suam auctoritatem
desereret et sacre Constanciensi synodo
adhereret. Ab Hispania autem revertens
iterum Constanciam accessisti, ubi cum multa
ad fidelium salutem pertinencia tractarentur
et varie et dissidentes essent hominum
sentencie, tandem primum divina clemencia
deinde sapiencia effectum est ut sublatis
penitus dissensionibus ad electionem summi pastoris

Recomendacio de bonis actibus in specialibus